GREGORIUS MAGNUS, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, 10. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



in miraculis. sed maior intus in humilitate.

Eiusdem quoque anchonitanae GREG. 6.
antistes aecclae. uir uenerabilis uite
marcellinus fuit. cuius gressum dolore
nimio podagra contraxerat. Cumque
familiares sui sicubi necesse esset in ma
nibus ferebant. Quadam uero die per culpam
incuriae eadem ciuitas anchonitana
succensa est. Cumque uehementer arderet.
concurrerunt omnes. ut ignem extinguerent.
sed illis aquam certatim proicientibus. ita
crescebat flamma. ut iam totius
urbis interitum minari uideretur.
Cumque propinquiora sibi quoque loca
ignis inuaderet. iamque urbis partem
non modicam consumpsisset. et obsistere
nullus ualeret. deductus in manibus.
uenit episcopus. et tanta periculi necessitate
compulsus familiaribus suis se portan
tibus praecepit dicens. Contra ignem me